

piſſimum Infantium; & ſi deſuncti fuerim poſt bap-
 tum antequam peccata committant, ſacuntur eos ſal-
 vari. Confirmationem quoque ab Epifcopo factam, id
 eſt, Impoſitionem manuum, ſanctam & venerande ac-
 cipiendam. In ſacriſicio Euchariftia, que fuerant panis
 & vinum ante conſecrationem, poſt conſecrationem eſſe
 Corpus & Sanguinem Jeſu Chriſti: in quo nihil à bo-
 no majus, nec à malo minus perſicitur Sacerdote. Pec-
 catores veraciter Penitentes, veniam à Deo conſequi.
 Unctiorem infirmorum cum oleo conſecrato venerantur.
 Conjugia carnalia eſſe contrahenda, ſecundum Apoſto-
 lum Paulum, non negant: legitime contracta diſjun-
 gere omnino prohibent. Ordines Eccleſiaſticos, id eſt,
 Epifcopatum & Presbyterium, ac ceteros, & omne
 quod in Eccleſia ordinabiliter ſanctum legitur aut ca-
 niunt, humiliter collaudant, & fideliter venerantur.
 Conſentent Reſurrexerunt hujus carnis, & non
 alterius. Eleemoſinas & Sacrificium, ceteraque benefi-
 cia, Fidelibus deſunctis prodeſſe. Sacramentum Cor-
 poris & Sanguinis Chriſti nec eſſe conſciendam, nec
 poſſe conſici niſi à Sacerdote, per impoſitionem ma-
 num viſibilibus Epifcopi ſecundum morem Eccleſie viſi-
 bilitur ordinari. Potestatem ſecularem ſecundum Leges
 officium ſuum in malefactores peragendam, non eſſe
 damnandam proſerunt. Juramentum ex deliberatio-
 ne, cauſa neceſſitatis, cum veritate, juſticia, & ju-
 dicio, non eſſe culpandum. Præter errores pleroſque
 quod iſtis fidei dogmatibus in eorum Profeſſione
 expreſſis oppoſitos, nonnullos alios iſtis attributo-
 rum fuiſſe, à quibus ſe purgarunt, ſubdit ibidem
 Innocentius III. Licet autem, inquit, in ſubſcriptis
 Articulis, ſicut à quibusdam accepimus, aſſererentur
 erraſſe: quod videlicet ſoli Deo eſſe obediendum, &
 ſi homini, ſoli juſto, qui Deum habet in ſe; ac licere
 Laico ac literato ſine licentia cuiuſlibet hominis præ-
 dicare; bonaque Laicum conſciendi Euchariftiam po-
 teſtatem habere; malum autem Sacerdotem nequaquam,
 & ejus orationes aut Miſſas vivis vel mortuis non pro-
 ficere, ac Romanam Eccleſiam nequaquam Eccleſiam
 Dei eſſe; necnon eſſe juramentum in quolibet articulo
 ſub Eccleſia forma factum peccatum eſſe mortale dog-
 matizaſſe dicantur; ipſi tamen ex præſcripta Confeſ-
 ſione, in qua tanguntur Articuli prænotati, ſuper his
 ſuam innocentiam excuſarunt; illud inſipientes omnino,
 quod videlicet mulieribus Evangelium in Eccleſia li-
 citum eſſe docere; ac Indulgentias que ſunt à Summo
 Pontifice vel aliis Epifcopis non proſicere; juſtumque
 Laicum conſcientes ſibi abſolvere poſſe, quidam eos
 aſſerunt adſtruxiſſe. Ex quibus compertum eſt, 1.
 Albigenſium plures Sectas fuiſſe, nec omnibus
 eodem fuiſſe communes errores, moréſque. 2. Non-
 nullos interdum iſtis attributos errores, quos non
 proſtebantur; atque ex commixtione Sectarum in
 Albigeſto, Provincia, Catalonia, confulionem hu-
 juſmodi ortam eſſe. Quam ipſorum varietatem In-
 nocentius III. Epiftoſa xcv. Libri 1. ad Aque-
 ſem Archiepiſcopum & Suffraganeos ejus datâ, ſig-
 nificat his verbis: Mirerem plurimum atque dole-
 mus, quod quidam tunicam inconſuſilem ſcindere no-
 lentes, diverſas ſibi Eccleſias, immo potius Satane Sy-
 nagogas, conſingunt, Doctrinam Evangelicam, Apo-
 ſtolicam, & Propheticam dep'avantes... Ipſi ut occultis
 viris ſua iniquitatis transfundant in plures, ſed dra-
 conum in aureo calice Babilonis propinam, juſtitiæ
 vultum præcedunt, & ſtudentes ſimulatis operibus ca-
 ritatis, eos amplius circumveniunt, quos ad Religionis
 propoſitum viderim ardentius aſpirare; illen ſui erro-
 ris inſtantes Magiſtrum, qui ſub umbra dormit in
 ſecreto calami & locis benedictibus, qui jurium abſor-
 bet & non miratur, habet enim fiduciam quod for-
 dam inſtatur in os ejus... Inter quos in Provincia ve-
 ſtra quosdam, qui Waldenſes, Catari, & Paterini di-
 cuntur, & alios quoſlibet quibuſcumque nominibus ap-
 pellatos, in tantum jam accepimus pullulaſſe, ut in-

numeris populos ſui erroris laqueo irretierint, & ſer-
 mento corruerint falſitatis. Cum igitur ad capiendas
 hujusmodi vulpes parvulas, qua demoluntur vineam
 Domini Sabaoth, ſpecies quidem habentes diverſas, ſed
 caudas ad invicem colligatas, qua de vanitate conver-
 niunt in id ipſum; ut virga Moysi maleficorum phar-
 taſinata devoret, dilectum filium Fratrem Rainerium,
 virum probata vita & converſationis honeſte, poten-
 tem divino munere in opere & ſermone, ac cum eo di-
 lectum filium Fratrem Guidonem, virum Deum timen-
 tem & ſtudentem operibus caritatis, ad partes ipſas
 duxerimus deſtinandos; Fraternitati veſtre per Apo-
 ſtolica Scripta mandamus, quatenus eos benigno reci-
 pientes & tractantes affectu, taliter eis contra Hære-
 ticos aſſiſtatis, ut per ipſos ab errore vie ſua revocentur
 ad Dominum; & ſi qui forte converti non poterunt
 ne pars ſincera trahatur, de veſtris ſubibus ex-
 cludantur. Hæc ſcribebat Innocentius III. anno
 M C XCVIII.

In Dolmatiam uſque penetravit Albigenſium
 hæreſis, ubi Antipapam creare auſi ſunt, cujus Vi-
 carius Carcaſſona oriundus, Bartholomæus nomine,
 ſe Seruum ſervorum Sanctæ Fidei inſcribebat, reſte
 Conrado Portuēſi Epifcopo, Sedis Apoſtolicæ in
 illis partibus Legato, in Epiftoſa ad Rothoma-
 genſem Archiepiſcopum, quam Hiſtoriæ ſuæ in-
 ſeruit Mathæus Parisius ad annum M C CXXIII.

§. III.

De ALBIGENSIUM Impugnatoribus.

Spiritualibus ac temporalibus armis adverſus Al-
 bigenſes Hæreticos pugnatum eſt. Agmen ſpiri-
 tale inſtruxere Arnaldus Cifterciēſis Abbas, Perrus
 de Caſtro Novo, & Radulphus, ejuſdem Ordinis
 Profeſſores, ab Innocentio III. Apoſtolica Legatio-
 ne ornat. Acceſſit ſanctæ dux prædicationis Di-
 daeus Oxomenſis in Hiſpania Epifcopus, qui &
 ipſis auctor fuit, ut dimiſſis equis, auro & ar-
 gento, familiaritæ ac ſuperfluo comitatu rejectis,
 Apoſtolicam prædicationem rationem ſequerentur. In
 Caſtro Carcaſſonenſis Diœceſeos, cui Mont-Re-
 gali nomen, inter Hæreticorum Magiſtros, & Fi-
 dei Catholice Præcones habita ſolemniſis diſputatio
 per xv. dies. Judices electi erant ex ipſis Hæ-
 reticorum Credentibus Redacta in ſcriptum fuerit
 hinc inde propoſita, & tradita Judicibus, ut ſi-
 titivam ſententiam ferrent. Conviſti fuerunt, & palam
 ſuperati Hæretici: at ipſis addicti eorumque
 Communionem fœderati Judices, Sententiam ſuſ-
 penderunt; nec Acta diſputationis Pugilibus Ca-
 tholicis reddere voluerunt, ne ad ipſorum dedecus
 vulgarentur, ſed Hæreticis tradidere.

Hæc prima de hæreſi reportatâ victoriâ, ſupra
 laudatus Abbas Cifterciēſis Arnaldus, cum Ab-
 batibus ejuſdem Sæcæ Congregationis duodecim,
 Religioſis Athletis ſuppeticas tulit. Hi totius viri
 Religionis, viri perfectæ & ſanctæ ſcientiæ, viri incom-
 parabilis ſanctitatis, parati de ea, que in ipſis erat fi-
 de & ſpe omni diſputandi reddere rationem. Et hi om-
 nes cum pluribus Monachis, quos ſecum adduxerant,
 omnem ſectantes humilitatem, juxta exemplar quod
 eis oſtenſum erat in monte, id eſt, quod audierant de
 Epifcopo Oxomenſi, pedes procedebant, ſtatim ab
 Abbate Cifterciēſi longe lateque ſinguli diſperſi, &
 aſſignati ſunt unicuique termini proprii, per quos diſ-
 currendo, prædicationis inſiſterent, diſputationibus in-
 ſuſtarent. Ita reſert Perrus de Valle Cernati cap. v.
 Legatur & Vincentius Bellouacenſis lib. xxix. Spe-
 culi Hiſtorialis cap. xciii. Cum in Hiſpanias re-
 ditum pararet Oxomenſis Epifcopus, ipſum ad
 Appamias convenere Filco Tolofanus, & Navar-
 ræ Conſoranenſis, Epifcopi, & plurimi Abbates.

Habita

Nonnulli ip-
 ſi tributi et-
 rores quos
 non proſte-
 rantur.

Diſputatâ
 contra Albi-
 genſes ad
 Montem Re-
 gali.

Diſputatâ
 contra Albi-
 genſes ad
 Montem Re-
 gali.

Ann. ldi Cif-
 terciēſis Ab-
 batis & ob-
 ſervatorum
 contra Albi-
 genſes conſilius.

Altera contra
 Albigenſes
 diſputatio
 Appamii.